Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



72

mce: Memor fui nocte nominis tui dñe: et custodiui legem tuam. Hec facta est michi: q iustificationes tuas exquisiui. Portio mea domine: dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitaui uias meas: et conuertj pedes meos in testimonia tua: Paratus sum et non sum turbatus: ut custodiam mandata tua: Funes peccatorum circumplexi sunt mc: et legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam: ad confitendum tibi. super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua: Misericordia domini plena est terra: iustificationes tuas doce me: psalmus dauid.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo dñe: secundum uerbum tuum. Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi: Priusquam humiliarer ego deliquj: propterea eloquium tuum custodiui. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas: Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde scrutabor mandata tua: Coagulatum est cor eorum sicut lac cor meum: ego uero legem tuam meditatus sum. Bonum michi quia humiliasti me: ut discam iustificationes tuas. Bonum michi lex oris tui super milia auri et